



THEOLOGIÆ PAS-
TORALIS

PARS PRIMA

*De Origine , Officio &
Dignitate Parochorum.*

CAPUT I.

De Nomine Parochi.



Parochus dicitur
à græco $\pi\alpha\rho\chi\eta$,
quod *præbitio-*
nem significat :
quia *præbere* te-
netur sibi committis illa , quæ
ad salutem sunt necessaria. Vo-

A

ca-

cabantur olim hoc nomine etiam Episcopi, eorúmque Episcopatus dicebantur *Parochiæ*. Othlonus *lib. 1. cap. 39.* in vitâ S. Bonifacij. Defacto tamen mos obtinuit, ut *Parochus* communiter nominetur solùm ille, qui *in certo districtu Diæcesis sub Episcopo per curam animarum stabiliter, nomine suo, singulariter & de necessitate sive ex officio exercet.* Dicitur etiam alio nomine *Curio* à Curijs sive regionibus, in quibus curam animarum gerit: *Rektor Ecclesiæ*, quia populum fidelem in spiritualibus regit: *Pastor*, quia oves Christi Mysticas verbo, Sacramentis, & bonorum operum exemplo pascit: *Curatus* à Cura, *Sacerdos proprius,*
 &

Pa
 & Plebanu
 Barbola p
 & poest. I
 Plebani fo
 qui plures
 Ecclesiasti
 cabantur ol
 rati sive Arc
 ut videre li
 num lib. 14.
 gorium M.
 Epist. 2. &
 probatur
 vitam S. Be
 rochum no
 à suis Paroc
 eodem jure
 sola dici poss
 fortè conter
 sive Accolap

& *Plebanus* à plebe ; quamvis Barbofa part. 1. cap. 1. de offic. & potest. Paroch. velit, nomen *Plebani* solùm competere illi, qui plures sub se Capellanos & Ecclesias minores continet. Vocabantur olim Parochi etiam *Paraci* sive *Accole* à greco *παροικια*, ut videre licet apud S. Augustinum lib. 14. de Civit. DEI. Gregorium Mag. lib. 12. *Regist. Epist.* 2. & alios. Verùm id non probatur Serario *notat.* 28. in vitam S. Bonifacij, eò quòd Parochum non satis distinguat à suis Parochianis, utpote qui eodem jure quo Parochus *Accole* dici possunt sive *Vicini*; nisi fortè contendas nomen *Paraci* sive *Accole* ipsi propter excellen-

A 2 tiam

tiam tribui posse, quia præcipuus est inter Accolas talis loci, alijsq; in spiritualibus præfectus.

CAPUT II.

De Origine Parochorum.

ORigo Parochorum non procedit imediatè ex Jure Divino, ut Constitutio Episcopum, quos *Spiritus S. posuit regere Ecclesiam DEI. Act. 20.* Sed descendit ex potestate Episcoporum per Jus Divinum constitutâ. Solebant siquidem primitùs Episcopi suas Diœceses regere per Sacerdotes pro nutu & beneplacito à se missos cum assignatione determinati temporis, modi, & limitum suæ administrationis.

Bar-

Barbosa l. c.
tom. 3. ad
traditque
Penit. 2. 11
observari h
cesi Hispal
Successu ve
geretur pop
dinavit Sar
pa XXIV.
ca annum
ad Severu
clesiaz à h
renur, & c
tus Sacerdo
cretum S. D
nus Can. E
verbis: Ecc
Presbyteris
Cameteriæ